Telephone Nº 68.

THE UNIVERSITY,
EDMUND STREET,
BIRMINGHAM.

July 1911.

Domine clarissime,

Hosce libellos duos cum obsequio deditissimo ad te libenter mitto.

Velim tu pro tua benevolentia efficias ut unus ex adjutoribus tuis me certum faciat, num ea Rhytismatis species cujus diagnosim subjunxi adhuc descripta sit ab auctore

qualicunque. Provide gratias summas tibi agam.

Rhytisma sp.

Stromatibus nigris, minimis, 10–30 super faciem superiorem folii instratis, subcircularibus, nitentibus; ascis 35–40 × 5–7, fasciculatis, clavatis; paraphysibus linearibus, 45–50 × 1·25 interspersis; sporidiis immaturis.

In foliis Betulæ nanæ in montibus Norvegiæ.

Tui studiosissimus

W. B. Grove.

Sl. 2358